Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Redemptionem misit dominus populo suo mandauit
in eternum testamentum suum. Sanctum et terribile nomen
eius. initium sapientie timor domini. Intellectus
bonus omnibus facientibus eum. laudatio eius
manet in seculum seculi. Psalmus 111
Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius
volet nimis. Exortum est in tenebris lumen rectis. misericors
et miserator et iustus. Iucundus homo qui miseretur
et commodat. qui disponit sermones suos in iudicio. quia in eternum non commouebitur.
In memoria aeterna erit iustus. ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in domino. confirmatum est cor eius non timebit donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iustitia eius manet in seculum seculi. Cornu exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet. desiderium peccatorum peribit. Psalmus 112
Laudate pueri dominum laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc et usque in seculum. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus et super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat. et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem. Vt collocet eum cum principibus cum principibus populi sui. Psalmus 113
Mirabilis est. Exemplum qui timent dominum speraverunt in domino adiutor eorum et protector eorum est. Dominus memor fuit nostri qui timent dominum